

## CAP. 15. DE MINISTER. VERB. FIGE

tum 1.7. Vide Hadrianum Saraviam de diversis ministeriorum Euangelii gradibus, sicut à Domino fuerunt instituti & traditi ab Apostolis ac perpetuo omnium ecclesiarum usu confirmati: de honore qui debetur ecclesiarum pastoribus, de sacrilegiis & sacrilegiorum pœnis. H. Zanchium confess. in append. ad cap. 25. aphor. 10. II. Paulum Tarnovium l.1. de SS. Ministerio cap. 23. pag. 302.

9. *Errores in ecclesia grassantes publicè privatimque refellendi sunt: omnem verò docendi operam in explicandis & refutandis hæresibus obsoletis aut peregrinis consumere, id omisso Theologie vivæ nucleo est consecrari putamina.*

10. *Ad publicæ doctrinæ vigorem & mutuam ædificationem faciunt ecclesiasticæ & domesticæ visitationes.*

Vitationum ecclesiasticarum utilitatem & necessitatem nosce apud Zepperum l.3. polit. eccl. cap. 8. domesticarum verò, ibid. cap. 9.

11. *In disciplinæ ecclesiasticæ administratione do privatis delictis privatim quidem primò monendam: publicè verò peccantes publicè sine personarum respectu perstringendi: aliter tamen infirmi, aliter securi: ad excommunicationem verò nunquam descendendum nisi omnibus aliis remediis frustatentatis, idque de judicio & consensu sive presbyterii sive ecclesiæ totius.*

Vide Calvin. l.4. inst. c. 11 sect. 3. Martin. Micro-nium in Christiana ordinatione ecclesiæ Belgicæ Londonensis, regis Eduardi, à cap. 19. ad cap. 27. Paulum Tarnovium l.2. de SS. ministerio cap. 23. 24.

## CAPUT